FRANCKESCHE STIFTUNGEN

# Alte Drucke

# Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

## Paulus <Castrensis>

## Lugduni, 1553

De usuris. Rubrica.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

Visual Library

a ¶ Verbum promiſit. Quid importāt iſta verba ꝓmitto defendere de iure & facto vide per Bar. in l. ſtipulatio iſta in prin. ver. quæro. ff. de ver. obli. & in l. fin. C. de act. emp. Pet. de Ancha. cōſi. lxxxiij. incipiē. omiſſo primo dubio.
b ¶ Dubia probatio, Adde Cardi. Zab. in c. quod ſuper his. in vi. col. de fide inſtr.

obijci poſt publicatas atteſtationes ex qui-
bus apparet ſentētiam ferēdam pro actore:
dummodo obijciatur de alio debito liqui-
do, vel de proximo liquidādo. nam nō po-
teſt cōſtare ꝙ reus iam ſit penè conuictus:
& ꝙ atteſtationes ſint publicatę: & nihil ſit
probatum cōtra eas: quinimò videtur quod
etiam poſt cōcluſionē in cauſa: quia video
ꝙ poteſt obijci poſt ſentētiam: quæ trāſiuit
in rem iudi. vt patet s. eod. l. ij. ibi. cum verò
qui iudicati conuenitur &c. quia potius re-
ſpicit executionem quā obligationē: vt no.
Bar. in l. ſi cùm dos. ff. rer. amota. ad hoc fa-
cit quod dicimus de exceptionibus falſi inſtrumēti: quę poſſunt
opponi poſt cōcluſionem: quia etiam poſſent opponi poſt ſentē
tiam. vt legitur & no. in c. licet cauſam. de proba. Quantū verò
temporis dabitur ad liquidandū? dic vt dixi s. eo. l. in ea. glo. hoc
4 etiam tāgit ſuper verbo. [indaginem.] † Item iſte tex. optimè fa-
cit: imò videtur decidere ſi ſtatutum dicat ꝙ in cauſis quæ ver-
tūtur inter cōſanguineos, ſi altera pars petit cōpromiſſum fieri,
poſſit altera pars compelli ad compromittēdū: pone ergo quòd
actor probauit, & liquidauit debitum ſuū, & publicatæ ſunt atte
ſtationes: reus videns ſe quaſi conuictum, & ſententiam debere
ferri cōtra eum, petit compromiſſum fieri: vt ſic eludat actorem
laboribus, & expenſis: certè non debet audiri: per rationem quæ
hic ponitur: ſed debebat petere antequā actor fatigaret in pro-
bando: & hæc eſt iuſtiſsima interpretatio ſtatuti auferētis mate-
riam malignandi. bene facit & optimè quod in ſimili habetur in
5 c. paſtoralis. in fi. de cauſa poſ. & proprie. † Sed ponamus quod
debitum quoddam petitur, quod nō eſt adhuc liquidatum, reus
opponit exceptionem compēſationis de alio debito nō liquido,
nec de proximo liquidando: puto ꝙ debeo audiri: quaſi hæc ex-
ceptio ſit quædam mutua petitio: & ſic habeat vim recōuentio-
nis: vt eſt tex. s. e. l. neq; ſcriptura. dum dicit petitioni mutuę &c.
& vterq; liquidabit ſuum debitum infra terminos datos ad pro-
6 bandum: & illa eſt veritas: ceſſat enim ratio iſtius l. † In gloſ. j. ibi.
[ & idem ſi hincinde debetur pecunia, ſed vt ſpecies.] & idē te-
net glo. in l. cùm fundus. §. j. ff. ſi cer. pe. [ Doct. tenēt contrariū. nā
ratio quare nō admittitur compēſatio, ſi hincinde debeť ſpecies,
vel ex vna parte quātitas, ex altera ſpecies eſt, quia in ſpeciebus
cadit affectio. vnde potius poteſt quis velle ſpeciē quæ valet x.
cōmuni æſtimatione: quàm habere xv. Sed quādo debetur quā-
titas hincinde, ſiue debeatur vt quātitas, ſiue vt ſpecies: nō cadit
affectio plus ad vnam pecuniam: quàm ad alterā: ideo debet ad-
mitti compēſatio. ceſſante cauſa prohibitionis, ceſſat prohibitio.
nec ob. l. quā glo. allegat. quia ibi nō inhibetur compēſatio illa ra
7 tione: ſed alia: vt ibi not. & in d. l. cùm fundus. §. ſeruū tuum. † In
glo. ibi. [vnde deuenitur ad æſtimationē. ] ſupple officio iudicis
quia dolo deſijt poſſidere, poteſt cōdemnari ad æſtimationē rei:
ſed ſicut æſtimatio non eſt in obligatione de præſenti: ſed ſperať
effici ſecuta condēnatione: & hoc reſpectu videtur etiam hodie
eſſe de præſenti: & hoc vult glo. dicere infrà ibi. ] ſed ſecundùm
8 hoc &c.] † In gloſſ. ibi: [Reſpondeo videtur eſſe in obligatione.]
Illa glo. videtur malè loqui: quia in rei vēdicatione res non diciť
[eſſe in obligatione: ] nec poſſeſſor diciť eſſe quoquomodo obli
gatus etiam ſi non deſijt poſſidere. vt not. inſtitu. de actio. §. pri-
mo. multominus ſi deſijt poſſidere dicit Bal. ꝙ iſta gl. loquiť de
groſſo modo loquendi: quia interdum quis poteſt cogi ad reſti-
tuendū: & dicitur obligatus: & tamen nō eſt. nam etiā actor qui
poteſt repelli per exceptionē, largo modo diciť obligatus ad nō
petendū: & tamē nō eſt ſtricto modo loquēdi: vt habeť in l. Mæ-
uia. § fundū. ff. ſol. mat. vnde Barto. poſt gl. dicit ꝙ ſi actor in rei
vēdicatione diceret reū teneri, & obligatum eſſe ad reſtitutionē
rei, nō propter hoc ineptè ageret. ſed poteſt ſuſtineri libellus de
largo modo loquendi per hanc glo. ll. autē quas gl. allegat, nihil
faciunt: quia loquuntur in actione perſonali: quæ datur ad dan-
dum aliquā ſpeciem. nam ibi præſupponitur obligatio. & ſi poſt
moram res deficit extare, adhuc remanet in obligatione: & ipſa
res poteſt & debet peti, nō æſtimatio: licet in illa poſſit fieri con-
demnatio. Sed quid ſi æſtimatio petatur? Reſpōdeo libellus eſ-
ſet ineptus: niſi diceret peto rem, vel æſtimationē: quia tunc de-
bet intelligi ſecundū ordinē iuris: ſed peto rem, ſi extat: & ſi non
extat, peto reum condēnari in æſtimationē. hoc tenet Spec. in ti.
de obligatione & ſolutione & ſolutione. §. ſequitur. verſi. quid ſi
libellus habet. & adde quod habetur in l. vinū. in fi. magne gl. ff.
ſi cer. pe. In gl. ibi. [ſatis dici poteſt.] No. gl. quod obligatio gñis
cuiuſcunq; æquiparať obligationi quātitatis. vnde ſi teneor tibi
ad equū in gñe, & tu mihi ad bouē in genere, pōt obijci cōpēſa-
tio vſq; ad cōcurrentē quātitatē equi & bouis. & adde quod no.
9 Bar. in l. Męuius. §. duobus. de leg. ij. † In gloſ. ſeq. ibi. [per teſtes,
nō per cōfeſsionem.] pro iſta glo. facit: quia ratio huius tex. dum
dicit nō admitti compenſationē de debito non liquido eſt, quia
actor fuit fatigatus laboribus & expēſis in liquidando debitum
ſuum: ſed ſi reus confeſſus eſt intentionem actoris, ipſe actor nō
eſt fatigatus: ſed releuatus per confeſsionem rei, ergo videtur ꝙ
reus poſſit obijcere compenſationem etiā de debito nō liquido,
per l. quā gl. allegat. Bal. tamē tenet contrariū, & bene. nam ratio
quę hic ponitur in tex. eſt ratio impulſiua: vnde poſito quod ceſ-
ſet ex quo debitū actoris eſt liquidū, & poteſt ſtatim finiri cauſa
& expediri, nō debet dilatari per calūnias rei. q poſſet malitioſè
facere eā differri: opponēdo exceptionē de debito requirente al-
tiorem indaginē malitioſè & calumnioſè. lites aūt debent abbre-
uiari. & citò terminari: vnde multò magis innuitur excipere de
tali debito ille qui confeſſus eſt intētionē actoris, quā ille qui cō
uictus eſt per teſtes: quia magis deprehenſus in malitia. l. autem
quam. glo. allegat, habet in ſe aliam rationem.

## *De uſuris. Rubrica.*

1 *¶ Ratio quare ſi ſtipulatio probatur per teſtes, debeant deponere quod præceſſit in-
terrogatio, & incontinenti ſecuta fuit reſponſio: & ſi contineatur in inſtrumento
non requiratur hic: & nu. 5.*
3 *Verbum promiſit, quando continetur in ſcriptura, intelligitur per ſtipulationem: &
quid de uerbo conuenit?*
*Dubia probatio, non releuat probantem.*
4 *Si reperitur in ſcriptura quod Titius promiſit mihi centum, an præſumatur præſentia
Quando reperitur in inſtrumento quod talis inueſtiuit talem de tali feudo, uel de tali
beneficio, an præſumatur præſentia illius?*

### LEX I.

1 SI interrogatione. † Quando ſtipula-
tio probatur per te-
ſtes, debent deponere ꝙ præceſsit interrogatio, &
ſecuta fuit reſponſio. h. d. ſupple, & quod incōti-
ti. al's nō valeret: vt in l. j. ff. de ver. obli. circa prin.
& ſic atteſtationes non concluderent. l. non hoc. j. vnde cognati.
Non ſufficit ꝙ teſtes dicant ꝙ talis promiſit tali vſuras: quia po-
tuiſſet promittere pacto nudo non præcedente interrogatione,
vel ea præcedente: tamen ex interuallo: & ſic eſſet ſtipulatio:
ſed pactum non vitiatur ex interuallo: ſed ſtipulatio ſic. vſu-
ræ autem ex pacto non poſſunt peti. etiam ſi ſit appoſitum
iuxta contractum veſtitū: quia earum odio non recipit veſtimen-
2 tum à contractu. vt j. eo. l. iij. † In glo. quæ incipit quoniam quæ-
tur. quid ſi promiſsio vſurarum contineretur in inſtrumento? di-
cit glo. ꝙ tunc non expediret ꝙ diceretur in eo interrogationem
præceſsiſſe, & reſponſionem ſecutam eſſe: ſed ſufficeret ꝙ conti-
neretur in eo qualiter talis promiſit tali vſuras, & omnia præſu-
merentur ſolenniter acta, quod præceſſerit interrogatio & ſecu-
ta fuerit reſponſio incontinenti per ll. quas gloſ. allegat. ſed quæ
eſt ratio diuerſitatis inter teſtes & inſtrumentum. dicunt qui-
dam quòd inſtrumentum ſit à perſona perita: ſed teſtes po-
5 ſunt eſſe imperiti. Iſtam rationem reprobat Barto. † quia vult
a quòd etiam ſi verbum promiſit[a] contineatur in ſcriptura priua-
ta, intelligitur quòd ſolenniter promiſerit per ſtipulationem: vt
in l. prima. infrà de contrahen. ſtipula. & tamen poteſt eſſe facta
ab imperito. & contra teſtes poſſunt eſſe periti, & dictum eorū
tamen non valeret: niſi dicerent interrogationem præceſſiſſe
& reſponſionem ſecutam eſſe: dicit ergo rationem eſſe: quia in-
ſtrumentum, & etiam ſcriptura priuata fit de communi conſen-
ſu partium: ideo omnia verba in ipſis appoſita cenſentur pro-
lata meliori modo quo poſſunt, & efficatiori. ſed teſtes producun-
tur ab vna parte contra alteram etiam inuitam: ideo eorum ver-
ba ſtrictè intelliguntur: & vbi poteſt eſſe aliqua dubitatio, in in-
b terpretatio contra habentem probare: quia dubia probatio[b] non
releuat probantem. vt in capitulo in præſentia. de probatio. De-
bent ergo proferre talia verba quæ concludant neceſſariò, vel
præſumptiuè

preſumptiuè præſumptione approbata à iure, & cùm debebat deponere de his quæ percipiuntur ſenſu corporeo: vt l. teſtium. §. de teſti. non de his quæ iudicio intellectus: quia tunc magis eſſent iudices, quàm teſtes: iuxta no. per Inno. in c. cauſam quę. de teſtibus. & per doc. in l. ſolam. §. de teſti. non ſufficeret ꝙ teſtes dicerent ꝙ talis promiſit tali per ſtipulationem: quia cùm ſtipulatio ſit cōtractus à iure inuentus: licet reſultet ex facto, dicitur tñ eſſe iuris & non factū: & percipitur potius intellectu quàm ſenſu corporeo debent ergo deponere de facto: ex quo reſultat ſtipulatio: quia illud factū bene percipiunt ſenſu corporeo, ꝙ præceſſit interrogatio: & ſecuta fuit reſponſio incontinēti. & iſta eſt ratio huius l. de quo vide per Bar. in l. ſciendū. ff. de ver. ob. Sed videtur ꝙ etiam ſi contineatur in inſtrumēto, nō importet ſtipulationem. vt in l. lecta. poſt prin. ibi cōuenitq;. ff. ſi cer. peta. Sol. ver
a bum promiſit* contentum in ſcriptura publica vel priuata im-
b portat ſtipulationē. vt in d. l. ſciēdum. ſed verbū cōuenit.* quod eſt latius, intelligitur per pactum nudum. vt ibi per Bar. ſed Bal. hic dicit nō eſſe differentiā fiendā inter verbum promiſit. & con
c uenit.* ſed an fuit prolata in materia fauorabili: & ambo important ſtipulationem cum ſit eadem ratio: an in materia odioſa, & neutrum: & ſic importat ſtipulationē illo caſu loquitur l. lecta. & ſecundū hoc in caſu huius l. vbi fuit facta promiſſio de vſuris etiam ſi contineretur in inſtrumento, nō intelligeretur per ſtipulationem: niſi diceret expreſſè cuius contrarium ſentit illa gl. in prin. iſtud eſt pulchrum dictum: ſed ſecurius eſt tenere gloſ. & Bar. Eſt etiam alia ratio quare teſtes deponentes ꝙ Titius mihi promiſit non probant ſtipulationem: niſi dicant per quem modum facta fuerit promiſſio: ſcilicet interrogatione præcedēte, & reſponſione ſtatim ſecuta. & etiam inter præſentes: licet non fuerint interrogati: quia cùm conſiſtat in iure ſtipulatio, quāquàm reſultet ex facto, & ſic magis percipiatur iudicio iuris quam ſenſu corporeo: & locum habet dictū eorum regulariter ſi cauſam ſui dicti aſſignent: quia eam debent aſſignare concludentem, etiam non interrogati: aliàs non probant: ſicut cùm deponunt aliquem eſſe dominum: niſi per quem modum dicant. vt not.
4 in l. ſolam. ff. de teſtib. §. †Sed quæro quid ſi reperitur in ſcriptura quòd Titius promiſit mihi centum, an præſumatur præſentia? nam ſtipulatio non niſi inter præſentes fit dic quod ſi in inſtrumento notarij, clarum eſt per l. optimam. de contrahend. ſtipu. quia non debet concipere inſtrumentum niſi inter præſentes, & rogantes: ſed ſi continetur in ſcriptura priuata ipſius titij. tex. videtur velle quòd debet probare præſentiam: aliàs non pręſumatur in l. j. eo. tit. glo. tamen ibi tenet contrarium quòd præſumatur: niſi contrarium probetur. & idem Bar. in l. Titia. §. fi. ff. de verb. ob. Ad hoc vide quod in ſimili no. in addi. Spec. ti. de emp. & ven. §. j. ver. ſciēdum. in addi. quæ incipit quærit Odoffredus. quando reperitur in inſtrumento quòd talis inueſtit talem de tali feudo, vel de tali beneficio, an præſumatur præſentia illius: & videtur inclinare in partē affirmatiuam, vt actus potius valeat quàm pereat. & allegat illam l. j. cum ſua glo.

2 *¶ Res vendita ſi remanſit penes venditorem ad cōmodum emptoris: an nihilominus emptor teneatur ad uſuras pretij non ſoluti à die contractus celebrati?*
3 *Si cùm eſſes debitor meus in diem, quia non ſoluiſti: oportuit me capere pecuniam ad uſuras: an tenearis mihi eas reſtituere?*
4 *Tres caſus in quibus debitori non prodeſt deponere pecuniam debitam, ut euitet periculum interitus, uel non teneatur ad uſuras.*

## LEX II.

1 VSuras. †Emptor à die traditionis rei tenetur ad vſuras pretij: ſi ipſum non obtulit legitimè: licet habuit in depoſito: non tamen legitimè facto. h. d. puta quia numerauit pecuniā, & poſuit in marſupio demum in capſa ſua dicēs quòd quandocūq; venditor voluerit dabit ſibi & hoc poteſt probari per teſtes certè non ſufficit quominus tenetur ad vſuras: etiam ſi venditor nunquā petijt, & ſic non conſtituit eum in vera mora: quia debuit offerri. & non offerendo cenſetur eſſe in quaſi mora: eoipſo ꝙ venditor impleuit ex parte ſua. vt not. in l. j. in fi. ff. eo. licet non fuerit in vera mora. vt l. curabit. j. de act. emp. in fin. faciunt quæ not. per doct. in l. de diuiſione. ff. ſolu. mat. vbi dicunt maximè Bar. gñaliter in quolibet cōtractu vltro citroq; obligatorio, ꝙ vno implente ex parte ſua, in inſtāti alter cōſtituitur in mora: intelligo nō in vera: & ſic nō tenetur de interitu: ſed pro ficta. quātum ad hoc vt teneatur ad vſuras: vel ad alias acceſſiones naturales a
tantū. In tex. ibi [æquitatis ratione] no. q. d. nō ratione moræ. d. l. curabit. in fi. ſed ex eo b
ꝙ habuit facultatē ꝑcipiendi fructus, ſi erat talis res ex qua fructus percipiebanť. vt l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. emp. Nā tunc etiam emptor teneť ad vſuras, quæ frequē- c
tanť in regione, puta x. vel octo ꝓ centenario: licet fructus vel vſus minus valeant: qa hic attenditur: ita intelligas iſtum tex. & videtur eſſe de mente Bal. cùm iſte text. & ſimiles indiſtinctè loquanť: & ſic ſunt intelligēdi: ſiue percipianť fructus ex re vēdita: ſiue nō: poſtquā habet cōmoditatē vtendi: quinimò dicit Bal. qđ ſi vēditor nō perfectè impleuit cōtractū: quia nō promiſerat dare fideiuſſores de euictione: & adhuc non dedit nihilominus qa rem tradidit, & emptor habet cōmoditatē & hoc ſi fideiuſſor dediſſet: habet locū iſta lex non ſolū ſi tradita eſt ſimpliciter: & ſic emptor ſuo noīe tenuit & poſſedit: imò etiā ſi tradidit precarió: & ſic poſſedit noīe venditoris, quouſq; fortè pretiū ſoluerit: adhuc quia cōmoditatem habuit teneť ad vſuras. tex. eſt notabilis. in d. l. Iulianus. §. ex vendito. in fi. non ſic ſi verè nō tradidiſſet: ſed fictè. cōſtituendo ſe nomine emptoris precariò poſſidere: & ſic vera poſſeſſio remanſit penes vēditorem: licet per hoc tranſtulerit dominium, & etiam poſſeſſionem: vt iuris eſt: vt l. quod meo. ff. de acqui. poſ. quia tamē nō habuit vſum in ea, non teneretur ad vſuras ſecundùm omnes. quod tene mē-
2 ti: quia illa declarant valde hanc l. †In gl. ibi. [ſed cùm fructus.] glo. voluit opponere ꝙ etiam non tradita re, emptor teneatur ad vſuras pretij à die contractus celebrati: quia licet res remanſerit penes venditorem, remanſit tamen ad cōmodum emptoris: qa omnes fructus poſtea percepti pertinent ad emptorem: qui pōt eos aduocare à venditore: vt j. de acti. empt. l. fructus. Sed an poteſt dicere venditor: vſuræ ſunt ęquales fructibus quos percepi. da mihi vſuras quæ poſſunt tranſcendere valorem fructuū. glo. no. dicit quòd venditor non poteſt hoc dicere nec imputare emptori quare rem ſibi tradi non fecit, poſtquam ipſe fructus percepit. intelligo niſi rem obtuliſſet, & per emptorem ſtetiſſet quo minus reciperet: ſed in l. curabit. & in d. §. ex vendito. glo. dicit ꝙ eſt in electione emptoris. Si enim vult habere fructus interim per venditorem perceptos tenetur ſoluere vſuras à die contractus: ſed ſi non vult habere, ſed vult dimittere penes vēditorem, non poteſt compelli ad dandum vſuras: ſed ſibi computat vendi
3 tor in vſuras. quod intellige vt ſuprà dixi: tene menti. †In ea. ibi: [Reſpō. ſecundū Azo. & H. non quia loco intereſſe præſtatur.] quaſi dicat non tanquā lucrū, ſed in recompēſationē rei traditæ: & hoc caſu etiā iure canonico licitæ ſunt vſuræ: vt patet in c. ſalubriter. extrà de vſuris. tunc enī ſunt ꝓhibitæ qñ petunť vt lucrum ceſſans: nō qñ vt damnum emergens: vel vt intereſſe recōpenſationis: vnde dicit Inn. ꝙ ſi eras debitor meus ad diem: & qa nō ſoluiſti, oportuit me capere pecuniam ad vſuras teneris mihi eas reſtituere: qa ꝓpter tuā morā ſum in hoc dānificatus: et ſic nō peto vt lucrū: ſed vt damnū emergens: vt ipſe not. in c. ij. de vſur. Bal. videť tenere ꝙ illud ſit verum: ſi tenebaris mihi ex cōtractu bonæfidei & tunc poſſum petere officio iudicis deſeruiēte actioni meæ: & ſic ſublata principali actione petere non poſſem. vt in l. iiij. j. depoſiti. Si verò ex contractu ſtricti iuris: puta mutui: non videtur quòd aliquo iure poſſet peti: quia certi condictio ex mutuo non datur vltra quā fuerit numeratum: vt §. de non numera. pecu. l. cùm vltra. officium autem iudicis mercenarium nō deſeruit huic actioni, vt faciat venire vltra partem. vt hæc habentur & no. in l. j. §. de condi. indeb. hoc eſt bene ponderandum; quia æquitas dictat contrarium. vnde videtur ex æquitate mihi dari actionem in factum vtroque caſu: quia damnificatus ſum propter moram tuam: per l. iij. §. fi. de condi. ob cauſam. & ſic ſoluta ſorte poſſum petere vſuras: ne facto tuo remaneam in damno.
4 †Vltimò no. gloſſ. ſequentem, quæ ponit tres caſus, in quibus debitori non prodeſt deponere pecuniam: debitam: intellige vt euitet periculum interitus, vel non teneatur ad vſuras. ſ. quando non deponit totam pecuniam debitam: ſiue ſortis, ſiue vſurarū: quia ſicut non tenebatur creditor recipere partem, vel ſortē ſine vſuris quando totum debitum erat liquidum: vt in l. creditor. §.

a ¶ Verbū ꝓmiſit. Adde l. eadē. in princi. ff. de duo. reis.
b ¶ Verbum cōuenit. Adde diffuſè ꝑ Iaſo. in rub. ff de ver. obli. in j. col. ver. & quod verbum conuenit.
c ¶ Inter verbū promiſit & conuenit. Adde Barto. in l. lecta. ff. ſi cer. pet. per doc. in §. ſi ſcriptum. inſtit. de inuti. ſtip. docto. in l. Titia. in §. Idē reſpōdit. el ij. ff. de verbo. oblig.

a ¶ Appellantᷣ pœnę.
Acde l.v.in §.fin. &
Raph.Cu. & Mod.ſ
l.in executiõe.& ibi
Raph.Fulg.ff.dever
bo.obli. tex.in l.qui
ſine.ff.de neg.geſt.et
text.in l.Iulian.in §.
Idẽ Papinianus.ff.de
actio.emp.
b ¶ Vſura centeſima.
quæ dicaᷣ vſura cen
teſima.vide glo.in l.
fi.C.de pet.hære. &
gl.in c.qm̃.xlvij.diſ.

Lucius.ff.dẽ vſu.ita nõ ꝓdeſt debitori tale
depoſitũ.Aliud eſt quãdo nõ obtulit: ſub-
audi in iudicio vel extra:ſed ſolùm in præ-
ſentiã teſtium depoſuit:dicens ꝙ erat para-
tus ad omnem voluntatem creditoris. Ter-
tius caſus eſt quando obtuliſſet:non tamen
debito modo.ſ.congruo loco vel tempore:
vt l.ſi ſoluturus.ff.de ſolu.

2 ☞ *Vſuræ indebitè ſolutæ quando computentur in ſortẽ, uel repetantur.* & *nu.5.*
3 *Pœna promiſſa per pactum nudum incontinenti appoſitũ, an ueſtiatur cohærentia contractus.*
4 *In mutuo pecuniæ quare non ualeat pactum incontinenti appoſitum de uſuris præſtandis:* & *quid in mutuo frumenti, uini, uel oleiᷣ.*

LEX III.

1 QVamuis. †Pactum ſuper vſuris præſtandis non
veſtitur cohærentia contractus & vſu
ræ naturaliter tantum debitæ non poſſunt peti : ſed ſi
ſoluantur ſupple per errorem iuris, nõ repetuntur, tã-
quam indebitè ſolutę:nec in ſortem imputantur.h.d.Et ſemper
allegatur propter primum dictum:quia eſt caſus in quo pactum
nudum incontinenti appoſitum iuxta contractum ſtricti iuris,
non veſtitur cohærentia contractus,vt pariat actionẽ odio vſu-
rarum:ſed ſi iuxta contractum bonæfidei veſtiretur: quia in illis
etiam ſine pacto veniunt vſuræ ex mora:vt l.moram.§.in bonæ
fidei ff.eo.& ſic ſi fieret pactum in caſu moræ pareret actionem:
quia diceretur legitima conuentio,quæ lege confirmatur. vt in
l.legitima.ff.de pact.ſed ſi non in caſu moræ,non eſſet legitima,
quia etiam ſine pacto in bonæfidei contractibus non veniunt
vſuræ citra moram. In tex.ibi.[neque in ſortem.]quia ſi compu
tarentur in ſortem:perinde eſſet ac ſi repeterentur:quia nõ refert
2 ſoluenti an ſibi reſtituantur,an ſibi in ſortem imputentur. †Sed
opponitur de l.ſi non ſortem,poſt prin.ff.de condi.inde.Ubi cõ-
putantur in ſortem vſuræ indebitè ſolutæ.Sol.ibi erant indebitę
omni iure tam ciuiliter quã criminaliter:quia promiſit cõtra ꝓhi
bitionem legis:& ſic quocunq; errore ſolutæ poterant repeti.iu-
xta no.eo.tit.l.j.ergo & ſi ſors non erat ſoluta. computantur in
eam:& ſi poſtea ſolueretur ſors repeteretur ipſa tanquam inde-
bitè ſoluta.Si autem ſors erat prius ſoluta:tunc repetuntur vſu-
ræ,quanquã errore fuerint ſolutæ:hic verò erant debitæ ſaltem
naturaliter:quia non contra prohibitionem l.erant promiſſæ ſal
tem per pactum:& erant ſolutæ per errorem iuris, qui non indu
cit repetitionem naturalis debiti ſoluti: ſecus ſi per errorẽ facti:
vt l.error.j.ad l.fal.ita intellige hunc tex.licet doct.& glo.nõ de-
3 clarent.†Sed quæro extra glo.quid in pœna promiſſa per pactũ
nudum incontinenti appoſitum,an veſtiatur cohærentia contra
ctus.Reſpondeo non & ſi ſit contractus bonæfidei , niſi quate-
nus creditoris intereſt,vt eſt tex.in l.ſeruus.ff.de ſeruis exportã.
Nam in contractibus bonæfidei licet vſuræ veniant ex mora:
& ſic poſsit veſtiri pactum iſto caſu .pœna tamen quæ eſſet ex
mora non venit:ꝙ ſic non poſſet dici legitima conuentio , quæ
aliqua lege confirmetur:aut veſtiretur quò ad vſuras: vt in caſi-
bus ſpecialibus poſitis hic per glo.veſtiretur etiam quò ad pœ-
nam,in quo debet eſſe idem quod in vſuris.ſecundùm Doct.nã
a & vſuræ largo modo appellãtur pœnæ[a] .ff.ſi certum pet.l.lecta.
4 †In prin.glo.ibi.[aliàs eſſet contra infra eo.l.frumenti. & eſt ra-
tio diuerſitatis:quia æſtimatio pecuniæ non variatur:ſed æſtima
tio vini,vel olei,variatur ex tempore:ideo ſi mutuo pecuniam,
non valet pactum incontinenti appoſitum de vſuris pręſtandis:
ſiue in pecunia,ſiue in alia re hic.& infrà eadem.l. frumenti. ſed
ſi mutuo frumentum,vinum,vel oleum,conſiderato quòd tem
pore quo reddi debet poteſt plus valere quàm hodie. propter
hoc dubium duo ſunt ſpecialia . vnum quia pactum de vſuris
præſta[illegible]veſtitur cohærentia contractus:vt in l.frumenti.j.eo.
ſecund[illegible]quòd conſtituatur vſura in pecunia, poteſt aſcende-
re ad duplum . quia ſi mutuo decem corbes frumenti,vini, vel
olei,quæ hodie valent decem poſſum paciſci de dandis viginti
aureis hinc ad annum:quia tantum poſſent tunc valere. Secun-
b dus eſt caſus in quo promittitur vſura centeſima[b] propter du-
bium. vt infrà eadem l.ſi ea pactione.& l. ſi ea lege. regulariter
ſecus.vt in l.eos.infrà eodem.ſed ſi conſtitueretur vſura in codẽ
genere mutuato , non ſic eſſet . puta mutuo decem ſalmas fru-
menti,cum pacto quòd reſtituas viginti:quia tunc ceſſaret ratio
ſupradicta:& hoc habetur infra eod.l.ex oleo.in text.& gloſſ.In
glo.ibi.[ſed in bonæfidei contractibus &c.]& etiam ſtricti iuris
qui aſsimilantur bonæfidei.vt no.glo.ff.de præſcri. verbis.l.Ti
tius.In glo.fi.oppo.tribus modis.contra fi.huius l.quòd debeant
in ſortem computari.primò de l.in his.§.eidem autem.ff.de ſol.
Sol.ibi quando ſoluit ſimpliciter.quo caſu videtur voluiſſe ſol-
uere pro ſorte quæ erat ciuiliter & naturaliter debita , non pro
vſuris quæ erant debitæ naturaliter tantum.hoc quando ſpecia-
liter ſoluit pro vſuris naturaliter debitis.quo caſu ceſſat cõiectu-
5 ra:quia conſtat de intentione ſoluentis. †Secundò oppo.quòd
etiam quando ſimpliciter ſoluit,cedunt prius in vſuras:& aliqd
ſupereſt in ſortem.vt j.de ſolu.l.j. Solu.ibi. quando vſuræ erant
naturaliter & ciuiliter debitæ ſecus, ſi naturaliter tantum ſim-
plex , ſolutio cedit in ſortem , non in vſuras.vt dictum eſt. Sed
contra.quod idem ſi naturaliter tantum debitæ.vt ff.de ſolutio.
l.Paulus reſpondet non ideo.§.j.Sol.non loquitur de pecunia ſo
luta per debitorem:ſed de redacta per creditorem ex venditio-
ne pignorum obligatorum tam pro ſortè quàm pro vſuris natu
raliter tantum debitis.nam tunc cùm ea percipiat ex ſua indu-
ſtria,poteſt ea conuertere in vſuras naturaliter tantum debitas:
quando autem nec naturaliter nec ciuiliter debebantur . dic vt
dixi ſuprà ſuper text.

2 ☞ *Dicta in præcedentibus, non intelliguntur repetita in ſequentibus ſi ſiut ex interuallo:ſecus ſi incontinenti:* & *uide hic unam diſtinctionem.*
3 *Pignus datum pro una obligatione, quando poſsit retineri etiam pro alia pro qua non fuit datumᷣ*

LEX IIII.

1 PEr retentionem. †Pignora poſſunt reti-
neri pro vſuris naturali-
ter tantum debitis.ſi pro illis fuerunt obligata:ſecus ſi
obligata non fuerunt. Item obligatio pignorum intel-
ligitur facta pro eo quod tunc incœpit deberi: non autẽ pro eo
quod ex interuallo.hoc dicit. Et eſt l.bona.& venit ad declara-
tionem.l.præcedentis.vt licet vſuræ tantum naturaliter debitæ
non poſſunt peti.vt ibi.tamen ſicut poſſunt retineri ſi ſoluantur:
vt etiam ibi dicitur.ita & pignora pro eis obligata poſſunt reti-
neri.Et pone caſum quòd mutuaui tibi centum: & per pactum
promiſiſti mihi vſuras,& tradidiſti pignora. poſtea ſoluiſti cen-
tũ & repetis pignora. ego volo retinere pro vſuris.tu contradi-
cis : quia illæ vſuræ non poſſunt peti.vt in l.præcedenti . ſed re-
ſpondetur quòd poſſunt pro eis retineri pignora : ſi fuerunt
pro eis obligata. Sed pone quòd tempore contractus fuerunt
promiſſæ omnes vſuræ, pro quibus fuerunt pignora obligata:
ex poſt facto promittuntur maiores:nec repetitur pignorum cõ
uentio,an poſsint retineriᷣ Reſpondeo quòd non: quia nec taci-
tè cenſentur repetita.& ſic non ſunt obligata pro maioribus.hoc
dicit. In textu ibi.[cum pignora couentione.pacti etiam vſu-
ris obſtricta ſint &c. ] ſed quando eſt quòd pignora data pro
ſorte,cenſeantur data ſeu obligata etiam pro vſuris tantum na-
turaliter debitisᷣ Gloſſellæ quę ſunt hic.& etiam clarius in l.pi-
gnoribus.infrà eodem ſentiunt quòd tunc demum quando ex-
preſsè & ſpecificè fuerunt obligata non ſolùm pro ſortè : ſed
etiam pro vſuris : ſi ergo ſimpliciter fuiſſent data , cenſerentur
data ſolùm pro ſortè. Idem ſentit Cynus etiam ſi vſuræ eſſent
naturaliter & ciuiliter debitæ odio vſurarum. hoc non placet:
imò puto quòd in omnem caſum tam ſortis quàm vſurarum
cenſeantur fuiſſe data.argu.in lege,ſi quis pro eo.§. nummos.ff.
de fideiuſſo.etiam ſi naturaliter tantum ſint debitæ ; aliàs credi-
tor remaneret deceptus,qui ſic intelligitur cogitaſſe cùm rece-
pit. & imputet ſibi debitor quòd legem apertius non dixit, &
ſic fit interpretatio contra eum;vt in lege,veteribus.ff.de pactis.
Nec obſtat quòd ſolutio ſimpliciter facta cedit in ſortem tan-
tum non in vſuras tantum naturaliter debitas.vt not.ſuprà lege
proxima. in vltima gloſſa:quia aliud in ſolutio.dijudicatur ex
mente ſoluentis tantum:aliud in contractu. qui cùm celebratur
ex conſenſu vtriuſque,debet dijudicari ex vtroque:ne adulte-
rius remaneat deceptus:& iſto caſu puto intelligendum illum
textum quando fuerunt ſimpliciter data pignora,vt poſsint re-
tineri etiam pro vſuris tantùm naturaliter debitis , tanquam
pro eis ſint obligata. & hoc quando eodem inſtanti verbo
ſeu po-

ſeu poſt incontinenti fuit facta promiſſio vſurarum.† Si autem
poſt ex interuallo, ſecus: & hoc eſt quod ſequit̃ & ſic allegatur
ꝙ dicta in præcedentibus, nō intelligunt̃ repetita in ſequẽtibus
factis ex interuallo ſecus ſi incontinenti de iſto articulo repeti-
tionis. vide plenè ꝑ Bart. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff.
de verb. ob. & l. Titia. §. Idem reſpondit. nam interdum præcedẽ
tia ſunt præparatoria ſequentium: quia concernunt formā & mo-
dum ſequentiū: & ſic ſi ſequentia ſequantur incontinẽti, cenſen
tur repetita. vt in d. §. Idem reſpondit, aliàs cẽſentur per errorem
emiſſa & ſic habet vitiare ſequẽtia. vt l. ita ſtipulatus. in prin. eo.
tit. Interdum ſunt diſpoſitoria de per ſe à ſequẽtibus. vt loquitur
iſta l. cum ſua gl. & quod no. Bar. in d. §. Chriſogonus. Interdum
ſunt derogatoria & ſequẽtiū & tunc quid iuris ſit. dic vt no. Iac.
but. & Bar. poſt eum. in l. pacta nouiſsima. ſ. de pac. vbi omnino
vide & hoc in diſpoſitionibus contrahẽtium: ſed in diſpoſitione
legali, an dicta in vna lege vel capitulo l. cenſeantur repetita in
alio capitulo dic vt plenè no. Bar. in l. prætor. la. ij. §. eritq; hęc diſ
ferentia. ff. vi bo. rap. in diſpoſitionibus autem teſtatoris diuerſi
ſunt caſus, in quibus diuerſa deciduntur quos vide recollectos
per Bar. in l. licet Imperator. de leg. j. & in locis ad quę ipſe remit
3 tit. † Vltimò not. gl. quæ incipit [aliàs rata] in fi. ad limitationem
ij. etiam ob cyrographariam pec. l. vnica. vbi habetur ꝙ pignus
datum pro vna obligatione, poteſt retineri pro alia etiā pro qua
non fuit datum: quia illud non eſt verum quando illa alia erat
naturalis tantùm, vel etiam erat vſura. nam licet ciuilis & natu-
ralis, eſſet odio vſurarum.

1 *Quantum tempus requiratur ad hoc ut recipiẽs minores uſuras quam ſibi debean tur cenſeatur renuntiaſſe maioribus? & uide nu. 1.*
2 *Quid ſi fuiſſent promiſſæ minores? & ſi illæ non ſoluerentur in quolibet termino, fue runt promiſſæ maiores.*

LEX V.

1 ADuerſus. † Qui recipit minores vſuras per ali-
quod tẽpus, cū poſsit petere maiores
cenſet̃ maioribus renūtiaſſe: & pactū de nō petẽdo fe-
ciſſe. Item negligentia adminiſtratoris nocet reipubli-
cæ maximè in exigendo vſuras quę ſunt lucrum odioſum. h. d.
1 † In tex. ibi. [per certos annos:] ſed cōtrà nā videtur etiam ſi ſe-
mel recipit minores, cẽſeatur receſsiſſe à maioribus, vt j. e. l. quā-
uis baſſa. propter hoc gl. j. & etiā ibi dicit ꝙ hic non fuerunt niſi
maiores puta ſemiſſes: ſcilicet quæ aſcendunt ad medietatẽ ſor-
tis in anno: & fuerunt ſolutæ, priores quæ aſcendunt ad vnam
vnciā minus & cenſet̃ receſſum à maioribus: & factū pactum
de nō petendo: & nō ſufficit ſemel recipere, ſed debet recepiſſe
per plures an. vt ſcilicet quod eſſe debeāt. gl. ij. tãgit Doc. viden-
tur dicere ꝙ ſufficit qđ receperit tribus an. quia ſicut in fauorabili
bus ſolutio per tres annos inducit vel fortificat obligationẽ inu
tilem. vt l. j. j. de fideic. ita in odioſis inducit liberationem ab eis.
tex. verò videtur ſonare cōtrarium in l. qui ſemiſſes. ff. eo. & in l.
cū poſt. in principio. ff. de iure dot. ſcilicet ꝙ requiratur magnū
tempus: & ſit longum x. annorum. † Quādo autem fuiſſent pro-
miſſæ minores & ſi illæ non ſoluerentur in quolibet termino,
fuerunt promiſſæ maiores: tunc lapſo termino, & ſic commiſſa
ſtipulatione de maioribus, ſi hac non obſtante creditor recipiat
minores ſemel, cenſetur perſeueraſſe in ſtipulatione minorum
vſurarum: & receſsiſſe à ſtipulatione de maioribus ita loquit̃ l.
quāuis. In tex. ibi. [cōſecutus.] in ṽ. [pacti cū poſsit habere ma-
iores.] aliàs ſi propter morā debitoris in nolendo ſoluere maio-
res recepiſſet minores, non facit ſibi præiudicium in maioribus:
etiam ſi per multos annos recepiſſet. vt d. l. qui ſemiſſes. ſecundo
vel primo reſponſo. In tex. ibi. [aduerſus defenſores.] non admi
niſtratores reipublicæ poſſe in hoc ꝑiudicare reipublicæ quod
facit ad not. in Spec. de loca. §. nunc verò aliqua. ver. xxvj. Glo.
quæ eſt. [in ver. ſic ergo.] opp. de l. Imperatores. ff. de pac. & ſol-
uit multis modis. Prima ſolutio non videtur bona: quia non de-
bet eſſe maioris potẽtiæ pactum tacitum quàm expreſſum l. qui
ad certum. ff. locati. glo. videtur velle ꝙ non teneatur ratione pa
cti taciti, vel expreſsi: ſed negligentia adminiſtratoris noceat ec-
cleſiæ, vel reipublicæ. l. Iubemus nullam. ſ. de ſacro ſan. ec. & ta
men contentio eius non nocet. vt in l. alia. l. Iubemus. eo. ti. & in
regula iuris delictum. Item propter odiū vſurarum: ſecus ſi ceſ-
ſaret odium, ſi deberent eſſe tres ſolidi in anno pro cenſu, & reci
perentur duo pro pręlatione: & ſi per multos annos, nō fieret cō
mune præiudicium: quia cenſus non eſt odioſus.

LEX VI.

1 SI creditrici. † A tempore obligationis, depoſi-
tionis, & conſignationis ſortis, de-
ſinunt vſuræ currere: & abſente creditore oblatio: fien
da eſt coram iudice, & etiā depoſitio de eius mandato.

LEX VII.

1 CReditor. † Diuina præſtatio nō eſt cauſa obli-
gationis inducendæ. h. d. Sed nec inu-
tilis obligationis validandæ: vt in l. ſi certis annis. ſ. de
pactis. ſed bene poteſt cauſa præſumendæ iuſtæ cauſę
habilis ad obligandum, ſi illa allegetur, & fuerit præſtatio facta
per longum tempus: vt in l. cùm de in rem verſo. ff. eo. In tex. ibi,
[ſi aliquando.] etiam ſi per longiſsimum tempus: quando con-
ſtat ex confeſsione creditoris vſuras nunquam fuiſſe promiſſas:
ſed fundat ſe in tempore, & in diuturna præſtatione: dicẽs ex ea
reſultare obligationem: quod etiam eſt verum. Idem ſi diceret
promiſsionem fuiſſe per pactum nudum: & ſic inutilem: ſed ex
diuturna præſtatione fuiſſe validatam. per d. l. ſi certis annis ſed
ſi diceret eas fuiſſe promiſſas per ſtipulationem, tamen poſſet
hoc probare, ſufficeret ad probationem longi temporis præſta-
tio decem annorum. vt l. cùm de in rem verſo. ff. de vſuris.

2 *Per commiſſionem ſtipulationis pœnalis, an fiat nouatio ipſo iure: an ita demum ſi pœna petitur?*

LEX VIII.

1 QVamuis. † Qui recipit minores vſuras: poſtquā
ſtipulatio maiorum vſurarum fuit cō-
miſſa: quia non ſoluebantur minores, cenſetur perſe-
uerare in promiſsione minorum, & renuntiare ſtipula
tioni de maioribus. h. d. no. caſus. In tex. ibi. [ampliores] (licitas
tamen) [promiſit.] ſ. loco pœnæ: propter moram commiſſam in
ſoluendo minores. In tex. ibi. [tamen ſi poſt tẽpus cautioni pręfi
nitum.] vt quia fuit actum quòd ſi ceſſaret per annum vel duos
ſoluere minores, teneretur ad maiores: & ipſe ceſſauit: & ſic erat
commiſſa ſtipulatio de maioribus: & nihilominus cùm ſolueren
2 tur minores: ſponte recepit. nec petijt maiores. † In text. ibi. [ac
per hoc non receſsiſſe.] ſed contrà. quia eoipſo quòd commiſſa
fuit ſtipulatio de maioribus, cenſetur receſſum à ſtipulatione de
minoribus iure nouatiōis ipſo iure. vt in l. obligationū ferè. §. ſi
ita. ff. de act. & obli. & quia per ſtipulationem pœnalem variatur
prima, maximè quando prima eſt ex cauſa lucratiua: vt hic erat
ſecundū opi. Bar. quia poſt multas & varias opiniones quæ fue
runt inter antiquos ſuper iſto ar. de quo per gl. in l. ſi quis. ff. pro
ſocio. reſidet in iſta: vt diſtinguamus an præcedẽs obligatio erat
ex cauſa lucratiua: & nouat̃ ipſo iure: vt d. l. obligationū ferè. in
fi. An ex cauſa oneroſa. & tunc ſecus per l. prædia. ff. de act. emp.
cuius opin. fortiter obſtat iſte text. qui innuit ꝙ non ſit receſſum
per ſolā cōmiſsionem maiorum vſurarum quæ pœnę loco fue-
runt promiſſæ: ſed tunc cenſetur receſſum, & facta nouatio quā-
do fuiſſent petitæ maiores: ſeu quando peteretur pœna. Ex quo
ſequitur ꝙ ſi creditor vult petere ſortem, & non pœnam, cuius
contrarium foret ſi ab obligatione ſortis foret receſſum. breuiter
ego ſemper tenui contra Bar. per iſtum tex. quòd non fiat noua-
tio per ſolam commiſsionem ſtipulationis pœnalis: ſed ita demū
ſi pœna petatur. Nam creditor ſtipulatur pœnam in ſui fauorẽ,
non in præiudicium pœnę. puta promiſiſti mihi domum ex cau
ſa donationis: & ſi eam non tradideris promiſiſti mihi centum
nomine pœnæ: fuiſti in mora tradendi: & eſt pœna commiſſa. ſi
vera eſt opin. Bar. non poſſum petere domum ſed debeo petere
pœnam: quia obligatio de domo iure nouationis fuit transfuſa
in ſtipulationem pœnalem: & ſic ſi mea intereſt potius habere
domum, illa promiſsio mihi nocebit. quod eſſe non debet. facit.
l. quamuis. in prin. ff. de pign. act. In vltimis autem voluntatibus
fateor hoc per l. pe. ff. de penu lega. quia ſi teſtator legat mihi pe-
num: & ſi hæres non dederit loco penus, cōdemnat eum ad dan
dum centum ſi eſt in mora: & ſi eſt cōmiſſa obligatio de pœna,
non poſſum petere pœnum, ſed centum: quia illa promiſsio non
fuit facta à me: ſed à teſtatore: qui cenſetur receſsiſſe à pœna: &
ſic ceſſat ratio de qua ſuprà. quæ eſt quòd promiſsio mea nō de-
bet mihi eſſe nociua: quia non mea promiſsio mihi nocet: ſed

voluntas teſtatoris.quæ attenditur in vltimis voluntatibus: & iſtam puto eſſe veritatem.quicquid dicat Bar.nam & tex.in d.l. obligatinum ferè.§.ſi.non dicit fieri nouationem,ſed quaſi noua tionem.quod intelligo:ſcilicet antequam petatur pœna. nam eſt quaſi nouatio;quia priori obligationi adiungitur alia.ſ.pœnalis. & in arbitrio creditoris eſt quam eligat.& eligendo ſortem non recedit ab obligatiõe ſortis:vt hic.& ſic annihilatur pœnalis.ſed ſi eligat pœnam:tunc recedit ab obligatione ſortis:& fit vera no uatio. Vltimò intellige iſtum tex. etiam ſi vnica tantum fuerit facta receptio de minoribus.Nec ob.l.aduerſus.ſ.eo.vt dixi. qd' etiam ſentit glo.hic.

## LEX IX.

1 SI per te. †Sola obligatio vſurarum minorum impedit committi ſtipulationem maiorum factam in defectu ſolutionis minorum:ſed ſi offeratur ſors,& deponatur,& conſignetur,impeditur & curſus minorum quæ currere incœperunt.h.d.Pau.de Caſt.In tex.ibi. [ vſuræ maiores non exigentur.]quia cenſentur promiſſæ ſi fueris in mora ſoluendi minores:ſed ſi minores obtuliſti:licet nõ cõ ſignaueris,neq; depoſueris,non es in mora:quia oblatio excuſat quem à mora,& conſtituit aduerſarium in mora.concluſio: ſtipulatio de vſuris non committitur vt l.lecta.§.ſed cùm ſortis.ff. ſi cer.pet.Et idem ſi obtuliſſet ſortem:quoniam ad impediendũ committi ſtipulationem vſurarum nondum commiſſarum ſufficit ſola oblatio:tenet illa glo.vt not.j.e.l.acceptam. Sed ſi affers ſortem,deponis,& conſignas, liberaris ab obligatione ſortis. & per conſequens ab obligatione vſurarum pro tempore futuro quæ cœperant currere.& ſic à minoribus.& hoc eſt quod ſequitur: [ quòd ſi etiam ſortem.] à quarum curſu non liberaret ſola oblatio:ſed requiritur conſignatio,& depoſitio:vt ſ.eo.l. ſi creditrici,& j.in l.qui acceptam.in prin.

## LEX X.

1 VSuræ. †Quod dicitur vſuras non excedere debere duplum.intelligitur de vſura vnius anni: non plurium. hoc dicit ſecundum gloſſ.& Bartol.

## LEX XI.

abdicatum,poſtquàm non fuit acquiſitum creditori:ſed nec ipſi
procuratori reuocato:quia hoc nõ intendebat ſoluere.Alij vero
dicunt timore prædicto quòd quandoque per oblationem,con
ſignationem,& depoſitionem non contingit liberatio ipſo iure
ſed ope exceptionis.Prima pars communiter tenetur.vt not.in l.
10 obſignatione.j.de ſolu.fauore liberationis.† In ea.gloſ.ibi.[ Item
hoc verum.]ſcilicet quòd per oblationem,cõſignationem.& de
poſitionem impediatur curſus vſurarum quæ inceperunt curre
re,& quòd non ſufficiat ſola oblatio.ſiue vſuræ per ſtipulationẽ,
ſiue per officium iudicis debeãtur.vt in act.bonæ fidei. Io.diſtin
guit.quòd tunc quando per officium iudicis,ſufficit ſola oblatio
quod gloſſ.reprobat.tu tene opinionem. Ioã. quia per officium
iudicis in act.bonæ fidei non poſſunt deberi vſuræ niſi propter
moram.vt in l.mora.§.in bonæ fidei.ff.eodem. ſed ſola oblatio
facit vt quis amplius non ſit in mora.vt in l.illud.ff.de peri.& c.
mo.rei venditæ.ergo facit vt amplius nõ currant vſuræ . vt in l.
lecta.§.ſed cùm ſortis.ff.ſi cer.pe.& ita dixi.in l.ex prædijs.ſ.eod.
& reperio Bald.hoc hic tenere.ſed quando debentur ex ſtipula
tione,poſſunt deberi etiam ſine mora.& tunc eſt vera opinio gl.
quòd ſola oblatio non impedit curſum vſurarum inceptarum,
ſed requiritur conſignatio,& depoſitio.vt hic:ſed bene impedit
ne incipiant currere.vt ſ.titu.j.l.ſi cõſtat.ſed ſi deberentur ratio
ne moræ,etiam tunc putarem per ſolam oblationem impediri
curſum vſurarum inceptarum. cum ſit eadem ratio. vt dixi in l.
ex prædijs.& hoc videtur eſſe de mente.Bald.quod placet quia
video quòd non malè cogitauit. licet alij Docto. non tangant.
Gloſſ.fi.recolligendo examinat tres caſus. Primus eſt, quid ope
retur oblatio ſupple realis,quæ eſt cùm quis portat rem ſecum
quam offert. Item conſignatio,& depoſitio.Secundus eſt, quid
operetur ſola conſignatio & depoſitio ſine oblatione. Tertius &
econuerſò , quid operetur ſola oblatio ſine conſignatione &
depoſitione. Adde quartum caſum , quem gloſſ.non tangit.
quid operetur verbalis & non realis oblatio. vt cùm quis of
fert ſe paratum ſoluere,nõ tamen habet rem in manibus, nec ſe
cum.

cum. Debes aũt ſcire pro declaratione gl.ꝙ ſunt quædam in qui
bus nõ cadit realis oblatio: ſed duntaxat verbalis.vt ſunt res im-
mobiles,quæ non poſſunt ſolui niſi vbi ſunt.& in iſtis talis obla-
tio verbalis tantũ operatur,quantùm realis ad tollendam morã,
& conſtituendum aduerſarium in mora: & quantùm ad effectũ
omnes proſunt.dummodò is qui dicit poſsit implere: quia habet
facultatem rei tradendæ:aliàs erit nugatoria.& nõ releuaret of-
ferentem. Quædam verò ſunt quæ poſſunt realiter offerri,non
tamen cõſignari,nec deponi.vt ſunt res animatę.vt ceruus, bos,
vel equus.quos quis poteſt ſecum ducere,& ſic realiter offerre:
non tamen deponere & conſignare,taliter quod non tangantur.
prout eſt de natura depoſiti.vt in l.ſacculum.ff.depoſiti.quia mo
uerentur,bene tamen poſſunt deponi,cum hoc quod tangantur.
11 vt patet in ſequeſtro.quod fit de re mobili.† Si video forenſem
in ciuitate tranſeuntem cum equo meo: nam poſſum implorare
iudicis officium quòd ſatiſdet,vt poſsit ſtare mecum ĩ iſto loco,
vel quod equus deponatur,& conſignetur penes quendam. l. ſi
fideiuſſor.§.ſi.ff.qui ſatiſd.cog.& ibi not. Quædam verò ſunt q̃
poſſunt realiter offerri,& etiam conſignari, & deponi,taliter ꝙ
non tangantur per depoſitarium. vt res mobiles inanimatæ: vt
pecunia,vel liber.dico non tangantur quantùm ad vſum: quia
depoſitarius non debet vti, ſed bene poteſt tangere tranſportan-
do de loco ad locũ.In iſtis ergo quæ poſſunt realiter offerri, obla
tio realis dũtaxat,nihil operatͬ etiã quãtũ ad purgãdũ morã.& im
putet ſibi quare ſecum non portauit.vt etiam realiter offerret:vt
not in l.prætor.§.ſi quis paratus.ff.de oper.no.nun. Dicit tamen
Barto.quòd talis oblatio verbalis licet non purget moram, ha-
bet quendam effectum.quia ſi fiat creditori volenti pignus ven-
dere:quia debitum ſibi non ſoluit,facit vt ſi venditio poſtea fiat,
reſcindi poſsit ſoluendo,vel offerendo poſtea realiter.per legem
ſi reſiduum.infrà de diſtra.pignorũ.& per l.fundus.ff.de reſcin-
den.venditio.& in iſtis glo.videntur hoc dicere. quod eſſet ſin-
gulare,ſi foret verum.Sed Bald.ſecundùm Oldr.dicit contrariũ.
quòd in illa.l.fundus.non fuit facta reſciſsio propter illam ſolam
oblationem verbalem:ſed quia non fuerit ſeruata ſolennitas re-
quiſita in venditione:vel quia fuit vendita minus iuſto pretio.l.
autem ſi reſiduum.dicit eſſe ſanè intelligendam quando interue
nit oblatio realis.ſi enim ſola verbalis non purgat morã, nõ de-
bet etiam effectum moræ tollere.qui eſt vt creditor rem pigno-
ratam poſsit vendere.& ſi poteſt venditio non debet retractari,
vel decipere emptorem authoritate.l.& illa opinio ſecurior eſt.
12 †Quantum ergo ad primum caſum gl.dicit quod oblatio realis,
conſignatio,& depoſitio in illis rebus in quibus iſta tria cadũt,
habet vim veræ ſolutionis. & ſic liberat ipſo iure.ſecundùm ve
ram opinionem:licet quidam dicant per excep.& tollit omnem
obligationem realem,& etiam perſonalem, ac ſi eſſet facta vera
ſolutio.vt in l.obſignatione.j.de ſol. etiam antequam res oblata
interierat.Hoc verum.& ita limita gloſſ.ſi fuit facta purè & ſim-
pliciter,ita ꝙ in libero arbitrio creditoris erat eam oblatam reci-
pere.prout hic dicitur in ſi. quòd ſibi datur vtilis actio contra
depoſitarium:quãquam depoſitum ſuo nomine factum fuerit.
facit l.Publia.in princ.ff.depoſiti.Si verò facta fuit ſub conditio
ne etiam intrinſeca,vt ſi emptor deponat precium,cũ hoc quòd
venditor tradat rem,& aliter ſibi non ſoluatur:talis depoſitio &
conſignatio non liberat.quia non eſt in libero arbitrio creditoris
recipere.ita not. Bart.in l.ſi ſolutus.in fine.ff.de ſolu.& ibi vide
quædam dicta ſua in hac materia ſatis bona.Et quid ſi eſt talis
res quæ non poteſt deponi & conſignari, an ſola oblatio tantũ
operetur quantùm conſignatio & depoſitio in his quibus ca-
dunt iſta? Bartol.hic videtur ſentire quòd ſic.per authenti.dos
data.j.de do.ante nupt. mihi videtur oppoſitum:quia non ope-
ratur liberationem:niſi ſecuto interitu. caſus eſt in l. qui decem.
ver.planè.ff.de ſolu. vbi loquitur in ſeruo oblato. & tamen ibi
dicitur liberationem debitori contingere ipſo perempto,& non
prius.Nec obſt.quod ſuprà dixi de rebus immobilibus. in qui-
bus non cadit realis oblatio, & quòd ſufficiat verbalis, quæ fie-
ri poteſt. ita deberet hic ſufficere realis ſola oblatio, poſtquam
non poteſt fieri conſignatio & depoſitio : quia nos loquimur
quantùm ad diuerſos effectus. Nam illa verbalis ſufficit ad
purgandam moram, poſtquam non poteſt interuenire realis:
ſed iſta realis non ſufficit ad liberandum:licet non poſsit inter-
uenire depoſitio & conſignatio: niſi ſecuto interitu.quia hæc eſt
maioris effectus.videtur tamen ꝙ ſufficiat a
ad liberationẽ pignoris , ſicut oblatio quæ
ſit in iudicio.vt l.ſi rem.§.ſi.ff.de pign. act.
13 †Quantum ad ſecundũ articulũ gloſ.tenet
quod ſola depoſitio & cõſignatio ſine obla
tione reali nil operetur per l.ij.ſ. eo. niſi in
caſu quando creditor aberat. & ſic nõ erat
cui poſſet offerre, ſed tunc dic quod debet
adire iudicem , & ibi proteſtari ꝙ eſt para-
tus ſoluere ſi eſt qui velit & poſsit recipe-
re.vt ſ.eod.l.ſi creditrici.in ſi. & expreſsius
in l.ſi.ff.de lege cõmiſſo. talis namq; prote-
ſtatio habet vim realis oblationis.facit l.ij.ff.de nau. fœno. & l
de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de no.op.nun.& ſine ipſo non
ſufficeret debitori propria authoritate facere depoſitũ : licet cre-
ditor abeſſet.nec propterea purgaret morã : ſic debet intelligi. l.
pecunię.in ſi.& l.cum quidã.§.ſi pupillo.ff.de vſur.& ſi non põt
habere copiã iudicis,deberet iſtam proteſtationẽ facere coram
honeſtis perſonis,& rogare notariũ.vt j.de his qui per metũ iudi
14 cis non ap.l.ſi.cũ ſimilibus.& no.in d.§.ſi quis ipſi prętori. † Cir-
ca tertiũ articulum de ſola oblatione reali ſine conſignatione,&
depoſitione.ſciendum eſt quod illa purgat moram,ſi offerẽs per
prius erat in mora,& conſtituit creditorem in mora:quia vltima
mora nocet.vt l.illud.ff.de peri.& commo.rei ven.iuncta l. ſi ſer
uum.§.ſequitur.de verb.oblig.Et ex hoc ſequuntur quatuor ef-
a fectus,quos gl.tangit.Primus eſt:quia impedit curſum vſurarũ
quæ nondum inceperunt currere.vt ſ.eod.l.ſi per te. & hoc eſt
clarum.Secundus:quia impedit committi pœnam: quæ veniret
committenda ratione moræ.non tamen adhuc erat commiſſa.vt
in l.Celſus.in ſi.ff.de arb.Contra illud facit.l.ij.in ſi.j.de iure em-
phyt.vbi ad impediendum committi pœnam commiſſam requi
ritur conſignatio & depoſitio: & non ſufficit ſola oblatio. Sed
ſolue vt ibi not.per glo.& Cy.Tertius effectus eſt:quia transfert
periculũ interitus in creditorẽ. Quartus eſt:quia liberat pignus,
vt faciat cõpetere exceptionẽ cõtra creditorẽ hypothecaria agẽ-
tem. vt hic in ver. [ cum ſeruiana etiã actio. ] non intelligas vt
faciat compignorationem ſi pignora erant tradita.nam quantũ
ad pariendum actionem non ſufficeret oblatio extraiudicialis,
ſed requiritur quòd fieret in iudicio.vt l.ſi rem.§.ſi.ff.de pig. act.
15 facilius enim acquiritur exceptio quàm actio.† Nunc circa prę-
dicta quatuor quæritur de tribus. Primò.an ſola oblatio realis
impediat curſum vſurarum quæ iam inceperant currere.Gl. te-
net ꝙ non.arg.hic à contrario ſenſu. vbi requirit conſignationẽ
& depoſitionẽ.tu dic quod dixi in præcedenti glo. ſuper verbo
[ inhibeat. ] in ſi.& in l.ex prædijs.ſ.eo. Secundò requiritur an
liberet debitorem ab obligatione perſonali ſtatim, & antequàm
res intereat:tenet gloſſ.ꝙ ſic in duobus caſibus ſpecialibus. aliàs
ſecus.ꝙ non ſi poſt interitum.vt in gloſ.j.huius l.& in l. qui de-
cem.ff.de ſolu.& ſic non tantũ valeat ſola oblatio quantum con
ſignatio & depoſitio. Doct.dicunt quod etiam illis duobus caſi-
bus quos glo.dicit eſſe ſpeciales,non contingit liberatio : niſi ſe-
cuto interitu.hoc verum in extraiudiciali:aliàs ſecus.per dictam
l.ſi rem.§.ſi.vbi præcedit pignorationem:ergo pignus eſt libera-
tum. & eodem modo debitor videtur liberatus ab obligatione
perſonali.Bar.verò in l.ſi debitor.de ſolu.tenet contrarium:quia
ſequereẽ quod poſt oblationẽ factã in iudicio ſi debitor eſſet li-
beratus,creditor non poſſet ipſum cõuenire.ſicut nec qñ conſi-
gnauit & depoſuit.vt in l.ſi.huius l.ſed certè etiã qñ cõſignauit
& depoſuit poteſt eum conuenire,ſi depoſitum rehabuit. vt hic
in ſi.patet.Tene dictũ Bar.quod non eſt liberatus ab obligatiõe
perſonali,poſtquam rem quã obtulit retinuit penes ſe. vt hic in
ſi.ſed bene eſt liberatum pignus ipſo iure, vt ſic poſsit ipſum re-
petere per pignorationem.pactum enim quod indiget pignore.
vnde intereſt ſua ipſum recuperare , licet remaneat debitor : &
imputet ſibi creditor cũ non recepit.& ſi pignus non erat tradi-
tum,per talẽ oblationẽ factam in iudicio non ſolũ paratur exce-
ptio iuris:ſed etiã facti,& intentionis agere volentis hypotheca-
ria:licet quando eſſet facta extra iudicium nõ eſſet liberatum pi-
gnus ipſo iure,qđ poſsit agi pignoratitia:ſed ope exceptionis op
16 ponis cõtra volentem agere hypothecaria.vt ſ. dixi. † Tertiò &
vltimò quærit gloſſ.ꝙ ſola oblatio realis transfert periculum in
creditorem,& tamen non liberat ab vſuris quæ inceperunt cur-

a ¶ Curſum vſurarũ. Adde ꝙ etiam cõpẽſatio quæ ſit ipſo iure à lege impedit confeſsionẽ pœnę:& curſum vſurarũ. vt in l. ſi cõſtat.ſ.de cõpen. Et de primo per Bar. & doc.in l. Iulianus. ff.de condi.& demõ. Et ꝑ Alex.de imo. de vtroq; in cõſ.lxxiij. co.ij.ver. Sed pręmiſſis.in v.vo.Frã. Cur.

a ¶Dedit etiā fideiuſſorem. Adde tex. iuncta gl. in l. quæro. ff. loc. Bart. in l. centum Capuę. ff. de eo quod cer. loco. Inn. & Ab. in c. j. de vſuris.

rere. & dicit ꝙ ratio eſt. quia tunc verū eſt,
ꝙ liberat à periculo, quando erat talis res q̄
non poterat conſignari & deponi: aliàs nō
liberaret. niſi interuenerit cōſignatio & de-
poſitio. ita etiam recitat Cy. illam gl. hoc eſt
expreſsè conrra l. qui decem. in princ. ff. de
ſolu. vbi etiam in pecunia quæ poteſt cōſi-
gnari & deponi ſola oblatio realis liberat à periculo ſecuto in-
teritu, non ipſo iure: ſed ope. excep. Dic ergo quòd ſicut ſecuto
interitu liberat ab obligatione ſaltem ope. exce. ita & liberaret à
curſu vſurarum, etiam quæ inceperūt currere. & etiam ſi nō pro
pter moram currebāt quod enim hic & in pluribus locis dicit gl.
ſolam oblationem nō ſufficere ad impediendum curſum vſura-
rum quæ inceperāt currere. debet intelligi nō ſecuto interitu rei
oblatæ. quia tunc non eſt liberatus debitor ab obligatione perſo-
nali ipſo iure: nec ope excep. ideo durat ſtipulatio vſurarum. ſed
ſecuto interitu: quia liberatus eſt ſaltem ope. excep. ceſſare debet
curſus vſurarum, quæ non debent currere pro eo quod non de-
betur. & iſta eſt clara & optima rñſio. & ita etiam ſentit Cy. & ita
procedant in obligatione, conſignatiōe, & depoſitione quæ fiūt
per debitotem ad finem liberationis conſequendæ, & moræ pur
gandæ: ſed interdum fit ꝑ creditorem ad finem acquirēdæ actio-
nis, & tunc dicit Bart. quod aut loquitur in contractibus: & non
ſufficit ſola oblatio: ſed requiritur conſignatio & depoſitio: ſed in
vltimis voluntatibus ſic. vt l. cui fundus. de condi. & demon. cir
ca hoc vide quod ipſe melius not. in l. mulier. §. j. vel ij. ff. de cōdi.
inſti. & Bal. hic reprehendit Bar. in j. dicto. dicens quod etiam in
contractibus ſufficeret ſola oblatio: niſi quando ageref de reſciſ-
ſione contractus. Et ita dicit Bal. debere intelligi illam l. ſi per te.
ſ. eod. aliàs ſufficeret ſola oblatio. vide per Bal. de pluribus alijs
quæſtionibus circa materiam huius. l. tamen ipſe non declarat
materiam huius gl. ſicut declaraui, nec ita explicat materiam.

*a ☞ Debitor qui promiſerat uſuras, ſi dedit etiam fideiuſſorem, & fideiuſſor interpellatur à creditore, & ſoluit ſibi uſuras, an poſſit eas repetere à debitore: & an debitor poſtea à creditore? & nu. 4*
*An poſſit eas repetere à creditore?*
*3 Quid ſi eas ſoluit ex interuallo neceſſitate non cogente?*
*Quid ſi promiſiſti eas ſoluere cum iuramento, & nō impetrauit abſolutionem ab epiſcopo, & facile erat ſibi eam impetrare?*
*4 Quid ſi erat talis perſona, cui fuiſſet dedecus uenire contra promiſſionem ſuam?*

## LEX XX.

1 CONſtitutionibus. † Exceptio competens debitori, competit etiā
fideiuſſori & mandatori. concor. l. tam mandatori. ſ. de
2 non pecu. h. d. Cy. † tangit hic. q. quotidianam. ſi debi-
a tor qui promiſerat vſuras, dedit etiam fideiuſſorem*, & fideiuſ
ſor interpellatur à creditore, ſoluit ſibi vſuras: an poſſit eas repe
tere à debitore. videtur quòd nō. quia illæ erant indebitæ vtroq;
iure. & ſic non tenebatur nec poterat cogi ſoluere: imputet ergo
ſibi cur ſoluit. vt l. ſi fideiuſſor. ff. mā. in cōtrarium videtur caſus
in l. Quintus. eo. tit. quia potuit parcere honori ſuo in pręiudiciū
debitoris, poſtquam ad ſui inſtantiam promiſit vſuras. quaſi eſ-
ſet ſibi deterius recuſare ſoluere: ſed illa l. Quintus. loquitur quā-
do vſuræ erant debitæ ſaltem naturaliter: quia promiſſæ per pa-
ctum, attenta diſpoſitione iuris ciuilis antiqui. ſed hodie tam de
iure ciuili nouiſsimo quàm de iure canonico nullo iure ſunt de-
bitæ. quia à l. prohibitæ. l. ſi non ſortem. ff. de cond. indeb. gl. iuris
cano. in c. peruenit. extra de fideiuſ. dicit quòd ſi iurauit ſoluere,
ſoluendo repetit à debitore. quia propter iuramentum erat obli-
gatus ad ſoluendum. vt in c. debitores. de iureiur. ſed ſi non *iu-
rauit, nec debitor repetit, quia non * debuit ſoluere ad ſui præ-
iudicium. nec etiam à creditore repetit. cui videtur donaſſe ſcien
ter ſoluendo. Bald. dicit quòd imò à creditore per condi. indeb.
quia non videtur donaſſe: licet ſcienter ſoluerit, & nulla neceſsi-
tate cogente. quia in vſurario ab ipſo principio ineſt peccatum.
3 & dicitur extorquere & recipere. Tene menti. † Alij verò dicūt
quòd ſi ex interuallo, nō neceſsitate cogente ſoluit, non repetit.
per illam gl. de illa queſtione, vide in regula peccatum. de re. iur.
in mercurialibus. Item dico quòd etiam quando fideiuſſor pro-
miſit cum iuramento ſoluere vſuras, nō excuſatus, facilè ſibi fuit
impetrare abſolutionem ab epiſcopo. quod potuit de iure cano-
nico, vt in c. j. extra de iureiur. cum ibi not. per l. ij. §. & vtili act.
4 ff. de contra. iudic. tute. † Secus ſi non fuit ſibi facilè: nec in l. ij. §.
tractari. ff. ad tertul. & argu. in l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes.
ff. man. & eodem modo non eſſet ſibi imputandum ſi non peti
abſolutionem: ſi eſſet talis perſona cui fuiſſet dedecus venire co-
tra promiſsionem ſuam. puta magnus & fidelis mercator: de cu-
ius promiſsione quilibet confidebat. Nam poterat parcere pudo-
ri ſuo. per illā legem Quintus. quæ eſt no. ad hoc. & idem ſi igno-
rabat contractum fore vſurarium ignorantia facti. vt in l. ſi fide-
iuſſor in princ. ff. mandati. Secus iuris ignorātia. ea. l. §. non male.
cum ibi not. Si ergo in prædictis caſibus poteſt repetere vſuras
ab eo ꝓ quo ſoluit, & ille poterit repetere à creditore: ſed vbi fo-
ret ſibi imputādum fideiuſſor non repeteret, ab eo: ſed ab alio cui
ſoluit, ſi per ignorantiam iuris vel facti. cùm ipſo iure eſſent in-
debitæ: & vſurarius tractat de lucro. ſi autem ex certa ſcientia. gl.
illa in c. peruenit. vult quòd non poſsit repetere. Bald. hic tenet
contrarium. vt dixi.

## LEX XXI.

1 SI vſuras. † Qui tenetur ad ſortem & ad vſuras ef-
ficaciter, ſi ſimpliciter ſoluat quantitatē,
quæ non ſufficiat ad vtranque, & non declarauit ſe ſol-
uere pro ſorte, creditor poteſt retinere pro vſuris et qua-
tenus excederet pro ſorte. concor. l. j. j. de ſol. ſic ergo licet debi-
ſortis ſit grauius quam debitum vſurarū: quia ſors parit vſuras.
non econuerſò. nihilominus ſimplex ſolutio nō cedit in grauius
debitum ſatis quando vnum eſt principale, & aliud acceſſorium:
quia tunc econuerſò cedit in minus graue. vt hic & in gl. fi. quæ
format iſtud contrarium. & eſt ratio diuerſitatis. quia primo ca-
ſu debitor poteſt ſoluere vnum ſine altero inuitò creditore. vt ſic
interpretatio pro eo, vt videatur ſoluiſſe in grauius. ſed in ſecun-
do caſu nō poſſet ſoluere ſortem ſine vſuris inuitò creditore. vt
colligitur ex l. acceptam. in princ. ideo fit interpretatio pro credi-
tore, vt poſsit retinere pro debito minus graui. ſcilicet, pro vſuris.
caſus. In gl. fi. ibi. [quàm quòd alieno.] ſupple. & tamen inuitus
ſoluit pro alio, quàm pro ſe. ergo iſtud non facit cenſeri grauius
debitum quod magis inuitus ſoluat. hoc voluit dicere gl. repre-
hendendo rationem quam ſuprà fecit ſecūdùm quoſdam. In gl.
ibi. [cùm ex pluribus cauſis eſt debitor. ] ſupple. æquè principa-
libus. & rationem dicit. vt ſ. dixi.

## LEX XXII.

1 PIgnoribus. † Pro vſuris etiam naturaliter tan-
tùm debitis poteſt retineri pignus
ſi pro eis fuit obligatum. hoc dicit. Gloſſ. requirit quòd
fuerit obligatus expreſsè. aliàs in dubio vult quòd nō
cenſeatur obligatio niſi pro ſorte. Ego dixi contrarium in lege
per retentionem. ſuprà eodem. & Cyn. ſecundùm Petrum tenet
hoc & prius non videram. poſſet tamen gl. ſaluari ſi primò vellet
pignus pro ſorte, & poſtea promiſit vſuras per pactum nudum:
quia tūc cenſetur datum pro ſorte, & pro debito præcedenti, nō
ſequenti. ſicut in ſimili no. in l. cùm virum. j. de fideicō. ſed ſi poſt
promiſsionem vſurarum fuerit datum ſimpliciter, cenſetur datū
tam pro ſortè, quàm pro vſuris. ſecundùm Cy. & iſta eſt veritas.
licet non tangat.

## LEX XXIII.

1 OLeo quidem. † Si datur mutuò res cuius
examinatio variatur, vel va-
riari poteſt ex tempore, permittuntur vſuræ vltra legi-
timum modum, etiam centeſimę quæ æquiparantur
ſorti h. d. & hoc voluit gl. in aut. ad hęc. ibi ſi autem incertū, &c.
pone ergo exemplum. Mutuaui tibi x. cados olei, qui valebāt x.
aureos, cùm hoc vt hinc ad annum debeas mihi reſtituere xx. au-
reos. ſicut nō valebant. poſtea in termino ſoluti x. cadi olei nō va-
lebāt niſi quatuor, vt v. & ſic ꝑ x. aureis habētur. v. Attenta ergo
natura mutui, q̄ eſt vt reddaf tantundē in eodē genere. vt in l. ſi
in prin. ff. ſi cer. pe. quod ſi facere potes, dādo x. cados olei nō co-
ſtarent tibi niſi. v. videf ꝙ tale pactum quod reddas petitū in du-
plo, ſit vſurariū: & vltra legitimū modū, quia æquiparatur ſorti &
ſic eſt cēteſima. & tn̄ permittif. & eodē modo ſi actum fuiſſet ꝙ
x. cadis olei valētibus. v. reſtituas mihi xx. q̄a poterit eſſe ꝙ tūc ꝓ
x. aureis haberes xx. cados. et tn̄ tale pactū nō reprobatur attenta
poſsibilitate. licet cōtrariū eueniat. q̄a nō debet illud inſpici: ſed
quod euenire potuit, vt ſ. eo. l. ſi ea pactiōe. & l. ſi ea lege. niſi ex
temporis nō ſit veriſimile dictum caſum euenire poſſe ſecūdùm
communem æſtimationem omnium hominū. vt in d. l. ſi ea lege.

1 *Si aliquis gerat negotia alicuius fœneratoris:non tenebitur fœnerari pro eo:& ſi pro alio exerceat,tenebitur ipſe ad reſtitutionem.*

LEX XXIIII.

1 SI mater. † Gerẽs aliena negotia,ſi pecuniã illius tenuit otioſam,& nõ dedit eã ad vſuras, tenetur domino ad eas vſuras quas potuit percipere: & ſui negligentia non percepit.glo.intelligit verũ quã do dominus conſueuit ſuas pecunias fœnerari. aliàs ſecus. quia geſtor negotiorum debet ſeruare conſuetudinem domini poſt quam gerit.arg.l.vel vniuerſorum.ff.de pig.act. † Sed quid erit 2 hodie ſi aliquis gerat negotia alicuius, fœneratoris:an tenebitur fœnerari pro eo?dic ꝙ non.quia nec ſuo,nec alicuius nomine de bet quis vſuras exercere: aliàs tenetur ad reſtitutionem;etiam ſi pro alio exercuit.xlvj.diſt.c.ſicut non ſuo.

LEX XXV.

1 PRo auro. † Pro ſpeciebus datis æſtimatione poſ ſunt deberi vſuræ ſicut pro pecunia.ſe cus ſi non ſint datæ æſtimatæ.vel ſint datæ,non tamẽ vt reſtituatur æſtimatio:ſed eadem ſpecies vt in l.in fi deicommiſſi.in prin.ff.eod.titu.In text.ibi.[pro auro.]quia cùm peteres à me centum mutuò.& ego non haberem pecuniam, de di tibi tantùm argentum,vel teſtes æſtimatione,cũ poteſtate vẽ dendi pro centum,quibus indigebas.nam eſt perinde ac ſi cẽtũ mutuaſſem.vt l.rogaſti.in princ.ff.ſi cer.pe.& s.e.ti.l.ſi ꝑ mutuo.

1 *Hypothecaria qualiter duret plus quàm obligatio perſonalis,quæ eſt principalis.*
2 *In præſtatione annua quolibet anno incipit præſcriptio pro ſolutione fienda illo anno: non pro futuris.*
4 *Rei uendicatio competens pro fructibus perceptis ex re mea, tollitur triennio cùm ſint res mobiles.licet rei uendicatio adhuc duret ſuper fundo.*
*Quid in conditione ſine cauſa,quæ datur loco rei uendicationis, ſi ſunt conſumpti, & effectus eſt locupletior ille qui conſumpſit?*

LEX XXVI

1 EOs qui. † Tutus exceptione præſcriptiõis in ſor te,vł in re principaliter debita,nõ poteſt moleſtari ſuper vſuris,vel fructibus.etiam ſi à tempo re perceptionis fructuum, vel quo vſuræ inceperunt deberi,non cucurrerit tantùm tempus quantùm ſufficit ad p̃ſcri bendum.quia requiritur quòd currat in obligatione principali. qua ſublata tollitur acceſſoria.hoc dicit.not.vſq; ad §. ſuper vſu rarum verò.& debet intelligi vt habeat aliquod dubium. etiam quando vſuræ poterant peti per ſtipulationem.vel fructus ven dicari,aut condici iure actionis. Si enim non poſſent peti niſi iu dicis officio mercenario,quod per ſe non poteſt in iudicium de duci,non haberet aliquod dubium,quòd ſublata actione princi pali periret & extingueretur officium iudicis ſuper acceſſorijs. vt ſuprà,depo.l.iiij.& ff.de eo quod certo loco.l.centum Capuę. in fin.infrà.l.fi.& ſic aliud in præſcriptione ſortis,aliud in ſolu tione.quia ſi ille qui tenetur ad vſuras iure obligationis,ſolueret ſortem ſine vſuris.poſſent peti vſuræ. vt d.l. centum Capuæ. & tamen præſcripta ſorte non poſſent vſuræ peti.vt hic.nam in p̃ ſcriptione adeſt negligentia non petentis:quæ ita reſpicit vſuras ſicut ſortem.ſed in ſolutione ſecus. ideo non extendit effectum ſuum ſolutio vltra id quod ſolutum eſt. In ſententia verò con demnatoria idem:ſed in abſolutoria videtur idem quod in præ ſcriptione: quia cauſa abſolutionis ſicut concernit ſortem: ita & vſuras.ſi enim abſoluitur,quia debitor non poteſt ad vſuras eſſe obligatus: quæ non concurrunt niſi pro debito. Et vide hic omnino quod not. Cyn.ſuprà,de iudi.l.j.in ſecunda oppoſitio
2 ne.† Pro declaratione gloſſ.primæ opponitur tribus modis.pri mò contra textum dum dicit.[ vel xl. præteritos annos. ] quia omnis obligatio perſonalis tollitur ſpacio triginta annorum.vt infra,de conſtit.pecu.l.ſecunda.& l.ſicut. de præſcript. triginta annorum.Solu.quod hic dicitur de xl.refertur ad hypothecariã. quæ quando competit contra principalem debitorem, durat plus quàm obligatio perſonalis,quæ eſt principalis.l.cum notiſ ſimi.in princip.de præſcriptio.xxx.annorum. & l.intelligere. de luitione pig.& ſic durat ſublata principali ſuper ſorte.& eſt ra tio. quia pignus datur ad maiorem cautelam, & ſecuritatem creditoris. Ideo plus durat hypothecaria. Vt ſic ſibi aliquis cui proſit prouiſio. Vel dic etiam quòd poteſt referri ad perſonalem actionem ſuper ſorte, ſi ſuper ea interuenit litis conteſtatio:per quam perpetuatur actio ad xl.annos.vt in gloſſ. Secundò op.inquantũ iſte tex.vult ꝙ ſublata hypothecaria tol latur ſtipulatio vſurarum: quia hypothecaria poteſt tolli ſpatio longi temporis, quando datur contra tertium poſſeſſorem ha bentem titulum.vt j.ſi aduer.cred.l.j.& ij.& per lapſum lõgi tẽ poris nõ debet intelligi ſtipulatio vſurarum.ex qua oritur actio perſonalis.gloſſ.ſoluit duobus modis.tene ſecundam, quod iſte tex.loquatur & debeat intelligi ſolùm de eo caſu quo tollitur hy pothecaria ſpatio xl.annorum,vt quando competit contra prin cipalem.vt d.l.cum notiſſimi.& tunc erat ſublata actio perſona lis obligatio ad ſortem:& in conſequentiam ſtipulatio vſurarũ. Tertiò opponitur.ſi pignorauerant data pro ſorte & vſuris, licet eſſent vſuræ acceſſoriæ reſpectu ſortis: reſpectu pignoris erant quid principale ergo ſublato principali pignore non debet tolli ſtipulatio vſurarum: quia acceſſorium non regulat principale, ſed econuerſo.breuiter dic quod ſtipulatio vſurarum non tollit propter hoc ſolum quod tollatur hypothecaria, ſed propterea quia erat principalis ſublata ad ſortem: quantum autem ad fru ctus,cum obligato prædio cenſeantur etiam obligati fructus.vt l.in prædijs.ff.in quib.cau. pig. tacitè contrahitur.ſi ſublata eſſet rei vendicatio,vel actio perſonalis ad fundum, non eſt ſublata
3 hypothecaria quo ad fructus.ita videtur ſentire Cy. † In ſequẽ ti glo.oppo.ſimiliter tribus modis: primo de l.cùm notiſſimi. §. his infrà,de præſcript. xxx.annorum,vbi in præſtatione annua quolibet anno incipit præſcriptio pro ſolu. fienda illo anno & ideo lapſis xxx.annis non eſt præſcriptum:niſi ſolutioni fiendæ illo anno veniebat.non pro futuris præſta.à quibus non ſunt la pſi adhuc anni xx.& ille text.dicit contrarium ibi.dum dicit per xl.&c. Solu.ibi in præſtatione annua principali: quæ nec per ſe tollitur, nec in conſequentiam alterius, ſcilicet principalis ſub latæ.Item oppo. de l.intelligere.j.de luitione pignorum.vbi ſub lata obligatione principali, quæ eſt perſonalis per præſcrip. non eſt ſublata hypotecaria proinde: licet ſit acceſſoria. Solu.ibi in alio acceſſorio quæ hic nec in eo quod ſit pro ſecuritate credito ris.vt eſt pignus.nam illud eſt potentius:hic verò in illo acceſſo rio,quod non ſit ad ſecuritatem:ſed ad augmentum principalis, quod non eſt impotens. Vltimò opponitur de l.centum Capuę. poſt princip.ff.de eo quod certo loco.vbi ſublata principali pro ſolutione non tollitur ſtipulatio vſurarum.propter hoc gloſſ.in trat diſtinctionem.de qua dic.vt ſ.dixi.nam aliud eſt quòd tolla tur principalis pro præſcriptione:aliud quòd pro ſolutione. & hoc in acceſſorio, qui poteſt per ſe ſtare in iudicio,& per ſe de duci:quia debetur iure obligationis:ſed in illo qui nõ poteſt per ſe ſtare, vt officio iudicis mercenario nam ſufficit quòd princi palis tollatur per præſcriptionem, vel ſolutionem, an autem idẽ ſit quando tollitur per ſententiam gloſſ. hoc tangit. dic vt ſuprà
4 dixi. † Vltimò ſcias quòd rei vend. competens pro fructibus perceptis ex re mea tollitur triennio,cùm ſint res mobiles. & ſic vſucapiuntur.licet rei vendicatio ſuper fundo adhuc duret:quia poſſor bonæfidei habet titulum pro ſuo in illis fructibus; & ſic poterunt triennio vſucapi.l.ſequitur.§.fructus.de vſucapio. hoc ſi extant.quid autem ſi ſunt conſumpti, & ſic non competit rei vendicatio:ſed conditio ſine cauſa,ſi eſt effectus locupletior:an illa conditio( quæ eſt actio perſonalis ſicut rei vendicatio,cuius loco ſuccedit )tollatur triennio? Bartol.ſimiliter tenuit quod ſic in dicta l.ſequitur.§.fructus.quod perpetuò tene menti: quia no tabile eſt: Quod autem ſuprà dixi de fructibus, quòd poſſunt vẽdicari à poſſeſſore,& vſucapi.intellige de naturalibus. vt ſunt oliuę,vel poma.nam induſtriales facit ſuos propter bonam fidẽ. vt l.qui ſcit.§.final.ff.eodem. poſſunt tamen condi.& iſta condi ctio tollitur triennio,ſicut rei vendicatio: quia nõ habet eſſe ali quis deterioris conditionis ex eo quòd ſit dominus.facit.l.in bel lo.§.ſi quis ſeruum.ff.de captiuis.

2 *Non ualet conſuetudo uel ſtatutum de uſuris præſtendis.*
3 *Contractus factus contra prohibitionem legis,non ualet.*
*Quid ſi contra prohibitionem conſuetudinis?*
4 *Fœnerator ſi mutuauit puta centum, non licet ei aliquid retinere de illa ſumma pro uſuris.*
*Ad diſcooperiendum fraudem poteſt fœneratori deferri iuramentum.*
*Valet conſtitutio epiſcopi quæ dat faciliorem modum probandi quem uſurarium eſſe manifeſtum quàm detur à iure communi.*

1 §. Super vſurarum. † Nota hic quòd conſtitutis in dignitate minus licet ſtipulari

a ¶Nõ valet conſuetudo.adde l.j.ff.de vſu. & per Car. zab. in c. fi.de conſue.

b ¶Contractũ factũ. An ille qui poſt contractum efficitur clericus poſsit cõueniri ĩ foro ſecu. vide bar. ĩ l.officiales.C. de epiſco. & cle.Bal.in l.cũ quidã puella.ff. de iur. om.iu.in l.j.C.an ſeruus ex facto ſuo. & I c.j.de eo q arma.bel. depoſit.in vſib⁹ ſeu. Ang.&Io.de Imo.ĩ l. nemo põt.ff.de leg.j. Io.an.in c.j.de ob. ad ra.Ant.de Bu. & ab. in c.ppoſuiſti. de ſo. compe.

c ¶Sacra vrbe.i.ĩ hieruſalẽ adde Phi. frã. in c.fœlicis.§.quapropter.in iiij.no.de pœnis lib.vj.

d ¶Depoſitari⁹.Adde gl.inſtit.quib. mo.re cõtrahi.ob.in §.præterea.doc.ĩ c.j. depo.

e ¶Culpa lata. Quid ſit lata culpa. vide p Abb.ĩ c.vnico.de cõmo. Et qñ culpa lata æquiparat̃ dolo.maximè in delictis. vid per Abb.cõſ.iiij.inci. Facti diligentia talis eſt.in j.volu.Et quid ſit culpa leuiſsima. vide Bart.in l. quod Nerua.ff.depo. Car. zab.in c.j.in x. q.de commo. & quando culpa dicatur grauis ſeu leuis.vide p Ab. in c.fi.de his q fil.oc.

pro vſuris,quàm aliis:quia malus eis eſt de
decus mutuare ad vſuram. Item quod mer
catoribus et negotiatoribus licet plus ſtipu
lari q̃ aliis vſq; ad beſſem.i.duas tertias ſor
tis.vt ſi ſors eſt xxiiij. poſſunt ſtipulari viij.
in anno.Item quod propter periculũ quod
creditor ſuſcipit in ſorte,licet ſibi ſtipulari
vſuram cẽteſimam.quod eſt verum donec
ſubſtantiæ periculum.id eſt,poſtquàm na
uis peruenerit ad portum.poſtea incipiunt
currere cões ſecũdùm taxationem huius l.
2 & deſinunt maiores.vt l.j.j.tit.j.† Item nota
in ver.[ Cæteros.ibi.occaſione conſuetudi
a nis.] quod non valet conſuetudo ᵃ vel ſta
tutum de præſtãdis vſuris.& lex prohibet.
vnde cum hodie ſint vſuræ prohibitæ etiã
vnius nummi non poterit per ſtatutum vel
3 conſuetudinem induci contrarium. † Item
b not.contractum ᵇ factum cõtra prohibitio
nem.l.non valere.quid ſi contra prohibitio
nem conſuetudinis?gl.videtur tenere con
trarium.ff.de pac.l.Iuriſgẽ.§. quinimò ver.
4 maximè.† Item not.in ver.[ interdicta. ]cõ
tra cõſuetudinem aliquorum fœneratorũ,
qui numerant centum,& incontinenti reti
nent decem vel xij. pro vſuris vnius anni.
& faciunt cantare inſtrumentum de centũ.
nam non licet retinere vnum nummũ, vel
decem ſolidos pro vno piſce,vel aureũ pro
recolligendo inſtrumentum. & quod reti
net,minuit debitum ſortis. Not.in fi. quod
ad diſcooperiendam fraudem poteſt fœne
ratori deferri iuramentum.& eſt arg.ſecun
dùm Bald.quòd valet conſtitutio epiſcopi
quæ dat faciliorem modum probandi quẽ
vſurarium eſſe manifeſtum,quàm detur à
iure communi.

LEX XXVII.

1 DE vſuris. † Lex noua trahitur ad præterita,quate
nus habet tractum pro futuro tempore.
hoc dicit.

*1 Creditor qui recipit uſuras,ſi eas poſtea reſtituat debitori ex cauſa donatiõis,non poterit debitor poſtea aliquid repetere per cõdictionẽ indebiti à creditore:nec ab eius hæredibus,poſtquam ſemel fuerunt reſtitutæ,licet ex cauſæ donationis.*

LEX XXVIII.

1 VT nullo. † Vſuræ vſurarum non ſunt permiſſæ.
etiam ſi primæ vſuræ fuerint ĩ ſortem
deductæ.hoc dicit.gl.intelligit non tamen numeratæ:
aliàs poſſent exigi.ſed doc.tenent contrarium.quia da
2 ret materia fraudãdi hanc l.quærit hic Bal.†pone quod debitor
ſoluit creditori vſuras,& creditor incontinenti eaſdem vſuras ſi
bi reſtituit,dicens ſe ei donare : mortuo creditore debitor repetit
ab hæredibus vſuras quas ſoluit in curia epiſcopali , hæredes ſe
defendunt dicẽtes,quod defunctus eaſdem vſuras ſibi reſtituit:
creditor replicat quod illa reſtitutio fuit facta ex cauſa donatio
nis,& ſic nõ tollit debitum,ſeu condi. inde.quæ fuit nata eo ipſo
quod dictas vſuras ſoluit creditori: quæritur quid iuris?& tenet
ipſe quod nõ ſint reſtituendæ poſtquàm ſunt ſemel reſtitutæ.li
cet ſub nomine donationis impropriè ſumatur.& intelligatur po
tius ſecundùm ſubiectam materiam.

*De nautico fœnore.* *Rubrica*

*1 Hieruſalem qualiter appelletur urbs ſacra.licet facta ab imperatore nõ chriſtiano.*

LEX I.

1 TRaiectitiam. † Eatenus veniunt vſuræ
centeſimę,p pecunia tra
iectitia, quatenus durat ſuſpitio periculi maris
apud creditorem.quod eſt quouſq; nauis perue
nerit ad portum.quo caſu ceſſant cões vſuræ.&
debentur centeſimæ.poſtea verò veniunt cões,& nõ centeſimę.
& idem ſi creditor non ſuſcipit in ſe periculum.h.d.cum l.ſeq.&
adde quod quando creditor ſuſcipit in ſe periculum ſortis,etiam
ſi nõ pro pecunia traiectitia,erat licitum ſibi ſtipulari cẽteſimas
vſuras:cum ſit eadem ratio in aliis periculis , quæ eſt in periculo
maris.ff.e.tit.l.periculi.† No.tex in l.ij.dum dicit.[in ſacra vrbe.]
c id eſt. in Hieruſalem ᶜ q licet iſta l.q̃ eſt de antiquis : & ſic facta
fuit ab imperatore non chriſtiano, nihilominus Hieruſalem ap
pellabat ſacram vrbem.quia ibi colebatur Deus cœli,ſed in aliis
partibus colebantur idola.

*2 Vecturales,uel muliones,ſi cauſa fraudandi uectigal non ſeruant iter conſuetum, eorum eſt periculum contingens in tali itinere.*

*3 Si quis habeat apodiſſam de aliquibus rebus quæ portantur ad gabellarios , & aliquam portat aliquam rem quæ non ſit in apodiſſa,& ſic fraudat gabellam, quòd propter illam tota ſalma perdatur.& confiſcetur.*

*4 Præceps auaritia,& inciuilis audacia à lege reprobantur.*

LEX III.

1 CVm proponas. † Qui ſuſcepit in ſe pericu
lum,tenet̃ de eo.niſi ex cul
pa alterius partis acciderit.h.d.iſta not.l. ſecundũ Bar.
& declarat & limitat omnes ll.dicentes debitorẽ poſſe
ſuſcipere periculum in ſe caſus fortuiti.quia contractus ex con
uentione partium legẽ accipiunt.* l.j.§.ſi conueniat.ff.depoſiti.
& ſic licet quis de natura contractus non teneat̃ de caſu:poteſt
tñ per pactum illum in ſe ſuſcipere.vt ſ.de pign.act.l.quæ fortu
tis.& l.nec creditores.cum ſimilibus.nam tũc tenetur ex iſto pa
cto,quando caſus non accidat culpa creditoris.per hanc l.quam
2 perpetuò tene menti.† Not.contra vecturales, vel muliones,qui
cauſa fraudandi vectigal,non ſeruant iter conſuetum,vt eorum
ſit periculum contingens in tali itinere : quia præſumitur nõ ha
3 buiſſe venire,ſi iuiſſent per rectum iter.† Item allegatur iſta l.
ſi quis habeat apodiſſam de quibuſdam rebus quæ portat ad ga
bellarios : ſi aliquas portat quæ non ſint in apodiſſa , & ſic frau
dat gabellam,quòd propter illã tota ſalma perditur,& confiſca
tur.& ſic etiam illæ res de quibus apodiſſam habebat : quia illa
non prodeſt:poſtquam ea abutitur.& vide q idem Bar.not.in l.
cotem.§.dominus.ff.de publicanis.& hoc etiam tãgitur per Cy.
4 hic. † Vltimò not.tex.in fi.de præcipiti auaritia, & inciuili auda
cia reprobata à lege.faciũt enim homines odioſos apud omnes.

LEX IIII.

1 TRaiectitiæ. † Periculum pecuniæ traiectitiæ
pertinet ad creditorem antequam
nauis perueniat ad portum,ſi creditor illud in ſe ſuſci
pit: aliàs ad debitorem.

*Depoſiti.* *Rubrica.*

*1 Culpa lata in quo differat à culpa latiori remiſſiuè.*

LEX I.

SI incurſu. † Depoſitarius ᵈ tenetur de
dolo & lata culpa.non de ca
1 ſu,niſi contrarium ſit actum.h.d.ſed nec de
d leui,vel leuiſsima tenetur:quia cõtractus ce
lebratur gratia dantis: nõ gratia recipientis.
l.ſi vt certo.§.nunc videndum.ff.commo.No.
hic ſecũdũ Bart.de lata quia † rarò reperitur
2 in tex.nam.l.quod Nerua.quæ principaliter ad hoc allegatur.
e loquitur de culpa lata: ᵉ ſed de culpa latiori.quæ eſt dolus proxi
ptus.& longa eſt differentia inter illam & iſtam. vt ibi plenè no
tatur per eundem.ſed certè imò reperitur in l.latæ.de ver.ſig.

LEX II.

1 VSuræ in depoſiti. † In contractu depoſiti
quia eſt bonæ fidei, ve
niunt vſuræ ex mora.ſicut in cæteris bonæ fidei con
tractibus.hoc dicit. Et procedit iſta l.cùm apud te de
pono pecuniam in ſacculo , quam conuertiſti in tuos vſus,quo
caſu committis furtum,& ſtatim es in mora, quouſque fueris in
terpellatus de reſtituendo.& non reſtituis ceſſante quolibet im
pedimẽto.Si autem pecuniam quã apud te deponam, non dedi
cõſignatam,poteris ea vti.quia videor dediſſe licentiam vtendi.
& ſic non committis furtum vtendo.ff.eo.l. Lucius.

LEX IIII.

1 SI depoſita. † Quod venit in officio iudicis mer
cenario,ſententia lata ſuper principa
li nõ põt peti.h.d.Et vide hic quod no. Inn. de iuramento
calumniæ.